

Wolfgang Schatzmann¹⁾ an Vadian.*St. Gallen. 1510. Mai 6.*

Rechtfertigung gegen Verläumdungen und Klagen über geschwätzig Menschen. Ankündigung seiner Primiz. Versicherungen seiner Ergebenheit für Vadian.

Wolfgangus Schatzman honorabili viro magistro Ioachim Vadiano, suo semper observando, salutem dicit.

Vaniloqua nugaxque sceleratorum hominum lingua, profecto satiricorum reprehensione digna, magister humanissime, tuum ratum firmumque erga me, proch!^{a)} pervertit animum; nec iuste quidem. Molestam de bombardæ^{b)} perditione ex Christophori Schurpf relatu mentem persensi, propter quam ego pæne (uti nuper calamo commiseram^{c)}) periculum necis invaseram. Sed histrio Iohannes Gigt cum sua proba caterva bombardam ex viatici nummi^{d)} defectu in commodum^{e)} meum exposuisse erga te false aperuit. Hoc idem nulla probatione (scio quidem sane) potest verificari. Nam illud ex auditu Iohannis Heland affirmare nititur; quod vere reperiri potest nequaquam, quoniam huic ferme pecuniam meam usque ad Nuburg²⁾ concessi. Illius rei Bartholomeus de Vindelica³⁾ semper testis erit, qui me pergentem erga patriam conduxit in magna famelicæ^{1 e} nive, quem parvo quindubium transacto tempore Viennæ invenies. Tunc sane omnia perlustra. Magistrum Nicolaum gubernantem in Memmien⁴⁾ pariter protestor. Is in Angelberg⁵⁾ nobiscum cenatus fuit; undique bombardam perspexerat, cum te possessorem cognoverat. Huic scribe hac de re. Tuam humanitatem, magister præclare, in infortunatis rebus nun-

1 e enim

quam tam austeram persensi erga me; quin, si reus illius essem, manifestare sponte mea aperirem. At omnibus cognita famosaque horum hominum (si fas est illos dicere homines) nequitia liliis urticas inserere certat; cur merito nomen secundæ Megæræ sortitur; quorum princeps examinatore Aurei Montis⁶⁾ iam dudum visus est. Cum mihi absenti factis nocere non potest, sua viperina lingua idem continue tentat; in foveam, quam cum suis testimoniis paravit, coram consistorio alios sine infamia homines præcipitare laborat; sed meritam ingreditur pœnam cum sua proba turba, æquo concernente deo. Sed heluo Iohannes G⁷⁾gt æstimat me illo morbo ægrotare, quo ipse nuper unius beati (?) pecuniam dilapidavit tota substantia illius. Ast tu, qui clarior Phœbo tuis cum doctrinis polles, pravorum absque hominum oblocutione vix evadere potes, quamquam Persii⁷⁾ proverbium immutaris, dicens: quid te quæsiveris extra? Et præsertim hi sunt, qui consanguineis nostris bona consumpserunt, ut Salandronius censetur. Sed nichilominus apud civitates principales summum^{d)} tenes apicem. Magister vero Andreas Schlumpf Salmoneo contumacior. Nulli docto favet singulisque obloquitur. Cum nullus, qui eum coram vulgo commendet⁸⁾, inveniatur, ^{h)} hypocrita^{b)} Simõn Megli scilicet laudare nec neglexit. Summa hæc est: cunctis tum molestus, tum contrarius videtur; pariter garrulior et præsumptuosior Tantalò^{d)} arbitratur; itaque⁷⁾ omnis^{k)} homo ferme scimbulum fugit, in quo ipse locum occupat^{l)}, propter eius rudos mores, clamores et manuum gesticulationes. Defuncti Tupf Toblers officium possidere undi^{m)} fertur. Nunc vero nil scitu dignum ad te transmittitur, nisi quod primitias cantaturus ero infra festum corporis Christi et divi Iohannis. Ioachim Rös^{h)} examinem tecum ingressus est; obtinuit una cum Ioseph Sporli, qui quemadmodum Iacobus Gebhart reiectus fuit. Ut finem imponam, magister suavissime, ego te non aliter, quam germanum meum colui; sed cum tua erga me beneficia exhibita revolvo, flagrantius te amo, haud minus (quod incredibile dictu est) tibi, quam mihi ipsi dilectionis tribuo. Cur ergo me tam vilem aut inanemⁿ⁾ æstimas, ut veritatem tibi in prosperis aut in infortunatis rebus obmutescerem^{o)}? Putan^{p)} me alterius animi erga tuam dignitatem fore, quam ab ephebis annis occulte quidem agere studebam in te, prædilecte magister? Verum perscrutare: si reus invenero, meritam deinceps subibo pœnam; sin aliter, solito tuum prosequere (ut semper) Wolfgangum amore. Laudabile in signum illius conde mihi carmen ad meas primitias, ut te

de
L ni

T i

U nisi

Π quæ

T e

tranquillum cognoscam. Vale suaviter. Wolfgangus Mangolt quietas
sedes Constantiæ posuit. Iterum vale. Raptim ex divi Galli oppido,
pridie Nonas Maias, anno salutis 1510.

Honorabili præclaroque viro magistro Ioachimo Vadiano, suo
semper observando, dentur literæ.

a) Für „proh“? — b) Durchwegs steht e für æ. — c) „comisseram“. — d) „numi“. — e) „comodum“. —
f) „sumum“. — g) „comendet“. — h) „hipocrita“. — i) „Tantulo“. — k) „omis“. — l) „ocupat“. — m) Für
„undique“? — n) „inannem“. — o) „obmutesserem“. — p) Für „putasne“?

1) *Wolfgang Schatzmann* stammt aus St. Gallen; von ihm liegen acht Briefe vor aus
den Jahren 1510—1526, die sieben spätern in Sempach geschrieben, wo er sicher seit 1516
bis mindestens 1526 Frühmesser war. Vrgl. Geschichtsfreund XV, p. 45. — 2) Neuburg an
der Donau, Kreis Schwaben und Neuburg. — 3) Augsburg. — 4) Memmingen? — 5) Angel-
berg (Tussenhausen), Markt im Amtsbezirk Mindelheim, Kreis Schwaben und Neuburg. —
6) Goldberg, Reg.-Bezirk Liegnitz, Provinz Schlesien. — 7) Pers. Sat. I, 7 nec te quasi-
veris extra.